atque docuit colendum et
amabilem. Martir dei
iam laborum et mercede
tormentorum summo bono
sine metu et sanctorum
fruens cetu in eterna
gloria. Te laudantem no
strum cetum et in tua lau
de letum fac in cetu ange
lorum sempiterna beatorum
perfrui leticia. Amen. Secundum
In illo tempore: Dixit iohannes
ihs discipulis suis: Meus cibus est
ut faciam voluntatem
eius qui misit me: ut
perficiam opus eius. No
nne vos dicitis quod adhuc
quattuor menses sunt et
messis venit? Ecce dico
vobis: levate oculos
vestros et videte regio
nes quia albe sunt iam
ad messem. Et qui me
tit mercedem accipit.
et congregat fructum in vi
tam eternam: ut et qui
seminat simul gaude
at et qui metit. In hoc

enim est verbum verum: quia
alius est qui seminat.
et alius est qui metit.
Ego misi vos metere:
quod vos non laborastis.
Alii laboraverunt: et
vos in labores eorum intro
istis. Ex civitate autem
illa: multi crediderunt
in eum. Off. Inveni david
servum meum oleo sancto meo unxi
eum manus enim mea au
xiliabitur ei et brach
ium meum confortabit eum.
Suscipe domine quesumus Secre.
munera dignanter ob
lata et beati henrici suf
fragantibus meritis ad
nostre salutis auxilium
pervenire concede. Per. Co.
Qui michi ministrat me se
quatur et ubi ego sum
illic et minister meus
Satiasti domine apl erit.
familiam tuam muneribus
sacris: eius quesumus intercessi
one nos refove. cuius so
lemnia celebramus. Per do.

M 307

De omnibus sanctis officium.
Gaudeamus omnes in
domino diem festum cele-
brantes sub honore sancto-
rum omnium de quorum solennitate
gaudent angeli et collau-
dant filium dei. V. Exulta-
te iusti in domino rectos de-
cet collaudatio. Gloria. In
vigilia et cottidie de omnibus sanctis offi.
Timete dominum omnes
sancti eius quoniam nihil de-
est timentibus eum divites
eguerunt et esurierunt in-
quirentes autem dominum non
deficient omni bono. V. Benedi-
cam dominum in omni tempore semper
laus eius in ore meo. Coll.
Omnipotens deus noster
multiplica super nos
misericordiam tuam et quo-
rum prevenimus gloriosa
solemnia tribue subse-
qui in sancta professione
leticiam. Per dominum nostrum.

electorum tuorum ubique letifi-
cet. ut dum eorum merita
gloriosa recolimus. patro-
cinia sentiamus. Per dominum.
Lectio libri apocalypsis beati iohannis apostoli.
In diebus illis. Ecce ego
iohannes vidi in medio
throni. et quatuor
animalium. et in medio senio-
rum agnum stantem tamquam
occisum. habentem cornua
septem: qui sunt septem spiritus
dei missi in omnem terram.
Et venit et accepit de dex-
tera sedentis in throno
librum. Et cum aperuisset
librum: quatuor animalia et vi-
ginti quatuor seniores
ceciderunt coram agno. ha-
bentes singuli cytharas
et phialas aureas ple-
nas odoramentorum que sunt
orationes sanctorum. Et cantabant
canticum novum dicentes.
Dignus es domine accipe-
re librum. et aperire signacula
eius: quoniam occisus es et re-
demisti nos deo in sangui-
ne tuo. ex omni tribu et
lingua et populo et natio-

ascendit in montem. Et cum sedisset: accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum: docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt et siciunt iusticiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filii dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis cum maledixerint vobis homines. et persecuti vos fuerint. et dixerint omne malum adversum vos mentientes: propter me. Gaudete et exultate: quoniam merces

vestra copiosa est in celo... Offertorium. Mirabilis deus in sanctis suis deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus deus. Secreta. Munera tibi domine nostre devotionis offerimus: que et pro tuorum tibi grata sint honore sanctorum: et nobis salutaria te miserante reddantur. Per dominum. Communio. Gaudete iusti in domino alleluya rectos decet collaudatio. Postcommunio. Da quesumus domine fidelibus populis omnium sanctorum semper veneratione letari: et eorum perpetua supplicatione muniri. Per dominum. In missis defunctorum officium.

Requiem eternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis. Versus. Te decet hymnus deus in syon et tibi reddetur votum in hierusalem: exaudi orationem meam ad te omnis caro veniet. Gloria patri non dicitur. Sed finito psalmo repetitur officium. Oratio.

et lucis eterne beatitudine perfrui

F

Requiem eternam dona
[e]is domine et lux perpetua
[l]uceat eis. V. Anime
[eor]um in bonis demore[n]
tur et semen eorum heredi
[tab]it terram. tractus.
Absolue domine animas
omnium fidelium defun
[ct]orum ab omni vinculo de
[lic]torum. V. Et gratia tua illis
succurrente mereantur
evadere iudicium ultionis.
Iste tractus et precedens grad[uale]
dicuntur quando pro pluribus
celebratur. quando vero pro uno
vel quando pro aliquo specialiter
celebratur graduale et tractus
sequens dicitur. Si am
bulem in medio um
bre mortis non timebo
mala quoniam tu mecum es
domine. V. Virga tua et ba
culus tuus ipsa me con
solata sunt. tractus.
Sicut cervus deside
rat ad fontes aqua
rum ita desiderat anima me
a ad te deus. V. Sitivit
anima mea ad deum vivum quando
veniam et apparebo ante
faciem dei mei. V. Fuerunt
mihi lacrime mee panes
die ac nocte dum dicitur
mihi per singulos dies ubi
est deus tuus. sequentia.
Dies ire dies illa sol
uet seclum in favilla
teste david cum sibilla.
Quantus tremor est futu
rus quando iudex est venturus
cuncta stricte discussurus.
Tuba mirum spargit so
num per sepulchra regionum
coget omnes ante thronum.
Mors stupebit et natura
cum resurget creatura
iudicanti responsura.
Liber scriptus proferetur
in quo totum continetur
unde mundus iudicetur.
Iudex ergo cum sedebit quid
quid latet apparebit
nil inultum remanebit.
Quid sum miser tunc di
cturus quem patronum ro
gaturus dum vix iustus